

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ecclesia a
cum fontibus primis

Ecclesia est quedam forma iusticie,
id est commune ius omnium; in commune orat,
in commune operatur, in commune temptatur.

Fides enim omnium Christus;
Ecclesia autem quaedam forma iustitiae
est: commune ius omnium, in commune orat,
in commune operatur, in commune temptatur;
denique qui seipsum sibi abnegat, ipse iustus, ipse dignus est Christo.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.29.142 (CCSL 15, M. Testard ed., p.51,
ll.48-52).

Sine ecclesie catholice societate
nec baptismus alicui prodesse potest,
nec opera misericordie, nisi forte ut minus torqueatur.

Augustinus de fide ad Petrum.

Sicut enim
sine Ecclesiae catholicae societate
nec baptismus alicui potest prodesse,
nec opera misericordiae, nisi forte ut mitius torqueatur,
non tamen ut inter Dei filios deputetur;
sic intra Ecclesiam catholicam per solum baptismum uita aeterna non acquiritur,
si post baptismum male uiuatur.

Fulgentius Ruspensis, *De fide ad Petrum*, 44 (CCSL 91A, J. Fraipont ed., p.741,
ll.904-909).